



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

69 Episcopi possunt erigere novas parochias, & cogere rectores ecclesiarum ad sibi adiungendos alios sacerdotes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

& sacra congreg. concil. super c. 14, *sess. 7,*  
*in decis. sub tit. Cremonen.*

64 Quinto, & capitula cathedralium, & aliarum majorum ecclesiarum, illorumque personæ, nullis exemptionibus, consuetudinibus, sententiis, juramentis, concordiis, quæ tantum suos obligant auctores, non etiam successores, tueri se possunt, quomodo nus à suis Episcopis, & alijs majoribus<sup>67</sup> Prælatis per se iplos solos, vel illis, quibus eis videbitur, adjunctis, juxta canonicas sanctiones, toties quoties opus fuerit visitari, corrigi, & emendari, etiam auctoritate Apostolica possint concil. Trid. c. 4. de refor. *sess. 6.* & c. 6. in princ. de reform. *sess. 25.* & ibi congr. *sac. conc.*

65 Sexto in civilibus causis mercedum, & miserabilium personarum contra clericos seculares & regulares extra monasteria degentes quomodolibet exemptos, etiamsi certum judicem à Sede Apostolica deputatum in partibus habeant, & etiam in alijs, si ipsum judicem non habeant, Episcopi, tanquam in dictis causis à Sede Apostolica delegati, procedere, causasque cognoscere, & decidere, & iplos ad solvendum debitum cogere, & compellere possunt, privilegijs, & exemptionibus conservatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus non obstan. ad formam. c. 1. 68

*de privil. in 6.* Quod concil. Trid. innovat. ut c. 14. de reform. *sess. 7.* & congregat. *conc. ibi sub tit. Cremonen. in princ.* & s. habet etiam locum.

Septimo, tanquam Sedis Apostol. delegati, Episcopi & de subreptione, & obrepitione gratiæ, quæ super absolutione aliquius publici criminis, vel delicti, de quo ipse inquirere cooperat, aut remissione penitæ, ad quem criminosus per eum condem. 69 celebrandum & in ijs vero, in quibus oblorum

natus fuerat, falsis precibus impetratur, etiam summarie cognoscere possunt, & si per falsi narrationem, aut veri taciturnitatem, obtentam esse legitimè constiterit, admitti non debet, concil. Trid. c. 5. de refor. *sess. 13.* quia falsus predicator debet carere imperatis, cap. super litteris. & cap. cum dilecta, de refor.

Octavo Episcopi & tanquam Sedis Apostolicae delegati, in ecclesijs, tam cathedralibus, quam collegiatis, in quibus nullæ sunt distributiones quotidianæ, vel ita tenues, ut verisimiliter negligantur, tertiam partem fructuum, ac quorumcunque preventuum, & obventionum, tam dignitatum, quam canonicatum, personatum, portionum, & officiorum, separare debent, & in distributiones quotidianas convertere, quæ inter dignitates obtinentes, & ceteros divinis interessentes proportionabiliter, juxta divisionem ab Episcopo in ipsa prima fructuum deductione faciendam, dividantur, salvis tamen consuetudinibus earum ecclesiarum, in quibus non residentes, seu non servientes, nihil, vel minus tertia parte percipient, quibuscumque in contrarium facientibus, non obstantibus, ut in concil. Trident. cap. 3. de reform. *sess. 21.*

Nono Episcopi & etiam, tanquam Sedis Apostolicae delegati, non omnibus ecclesijs parochialibus, vel baptismalibus, in quibus populus ita est numerosus, ut unus rector ecclesiasticis sacramentis ministrans, & cultui divino peragendo, sufficere non valeat, rectores, vel alios, ad quos pertinet, cogere possunt, sibi tot sacerdotes ad hoc munus adjungere, quot sufficient ad sacramenta exhibenda, & cultum divinum

erum distantiam, sive difficultatem parochiani, sine magno in commodo ad percipienda sacramenta, & divina officia audienda accedere non possunt, novas parochias, etiam invitis rectoribus, juxta formam, cap. ad audientiam de Eccles. adfisc. constituere possunt, concil. Trid. cap. 4. de reform. ead. sess. 21. & ibi cong. fact. concil. quod habet locum, etiam si essent subiectae regulatibus, ut in decisi. sub. tit. Mediolanen. & facit, cap. & temporis. 16. quest. 1. <sup>71</sup> Illis autem sacerdotibus, qui de novo erunt ecclesijs noviter erectis præficiendi, competens portio; arbitrio Episc. ex fructibus ad ecclesiam matticem quomodo cumque pertinentibus, debet assignari; & si necesse fuérit, populus compelli potest ad ea subministranda, quæ ad vitam dictorum sacerdotum sustentandam sufficiant, eod. c. 4. §. illi autem, & d. c. ad audientiam, de Ecc. adfisc.

<sup>72</sup> Décimo, ut etiam † ecclesiæ status, ubi sacra Deo officia ministrantur, ex dignitate conservetur, Episcopi etiam tanquam Sedis Apost. delegati, juxta formam iuris, citra tamēn præjudicium obtineantur, uniones perpetuas quartumcunque ecclesiæ parochialium, & baptismalium, ac aliorum beneficiorum curatorum, vel non curatorum cum curatis, propter earum paupertatem, & in ceteris casibus à jure permisissis, etiamsi dictæ ecclesiæ, vel beneficia essent generaliter, vel specialiter reservata, & qualitercumque affecta, quæ uniones revocari, nec infringi queant, facili posse, ut in cap. 13: sess. 24. de reform. non tamen possunt uiri parochiales Abbatij, & dignitatibus, & a 40. annis factæ ab Ordinarij sunt examinandæ, ut d. c. 13. Ita per congreg. facti concilij sunt deci-

sum super eod. cap. 13. sub tit. Pertusen. & Elnen. nec aliqua pars fructuum uniri potest ut ibi sub titulo Latianen. neque, si omnes, ad quos spectat, consentirent; ut ibi sub titulo Pérus Regularibus autem, nec parochiales, neque alia beneficia simplicia uniri possunt, ut ibid. sub eod. tit. Perus. & facit, cap. unio, 10. quest. 3. cap. & temporis, cum sequi. 16. quest. 1. cap. sicut unire, extra de excess. Pralat. & c. 1. de rer. perm. in 6.

Undecimè eadem auctoritate † Episcopi, uti Sedis Apost. delegati, illitteratis, & imperitis, si alias honestæ vitæ sint, coadjutores, aut vicarios ad tempus deputare, partemque fructuum eisdem pro sufficienti vietu assignare, vel aliter providere possunt, quacunque appellatione, & exceptione remota, eosque, qui turpiter, aut scandalose vivunt, postquam præmoniti fuerint, coercere, & castigate, & si adhuc in sua nequitia incorrigibiles perseveraverint, eos beneficijs, juxta sacrorum canonicum constitutiones, exceptione, & appellatione quacunque remota, privare possunt, c. 6. de reform. sess. 21.

<sup>73</sup> Illitterati enim, imperiti, & scandalosū non placent in Ecclesia Dei, cap. illitteratos, 36; dist. cap. ignorantia, 28; dist. cap. quia frater, 7, quest. 1, cap. nisi cumpri dem, de renunc. & cap. cum ex eo de elect. in 6.

Duodecimè Episcopi, etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegati, † transfore possunt beneficia simplicia, etiam jurispatronatus ex ecclesijs, quæ vetustate, vel alias collapsæ sunt, & ob eorum inopiam riequeunt restaurari, vocatisq; quorum interest, in matrices, aut alias ecclesiæ locorum eorundem, seu vicinorum, eorum arbitrio, atque in eisdem ecclesijs altaria, vel capel.